UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CLXIV. Das Kloster Diesdorf bekundet eine Stiftung der Nonne Ermgard von Lüneburg, am 24. Juni 1369.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55716

Visual Library

prepoſitus noſtri cenobii, qui pro tempore fuerit, ſingulis annis menſuris perpetuis premiſſe ville redditus Conuentus noſtri nomine libere ſubleuabit, diſponens et ordinans prenarratum altare per papalem ſacerdotem ad ibidem ſingulis diebus miſſarum ſollempnia celebrantem, remoto cuiuslibet doli et fraudis imperio, deifice gubernari, ſi ſtrictiſſime vlcionis judicio noluerit condempnari, eidem ſacerdoti modo ſimili et conformi cum aliis noſtri Conuentus capellanis in expenſis et ſallario ſalubriter prouidendo. In quorum euidenciam preſentia noſtrorum, prepoſiti et Conuentus, ſigillorum appenſione tradimus communita, anno domini M° CCC° LXIX°, In vigilia Johannis baptiſte.

CLXIV. Das Kloſter Diesdorf bekundet eine Stiftung der Nonne Ermgard von Lüneburg, am 24. Juni 1369.

In nomine domini amen. Pietatis opera In exemplum aliorum ſemper ſunt recitanda. Igitur preſencium Inſpectores ſciant omnes, Quod Ermeghardis de luneborchg, commonialis noſtra, que pro nunc preeſt officio Caritatis, ex pio affectu et deſiderio diuini cultus aucmentacionis De Elemoſinis ad dictum officium porrectis et datis et fideliter collectis et conſeruatis, vt In pios vſus verterentur, Ademit dimidium Chorum ſiliginis antedicto officio Caritatis noſtri conuentus pro tredecim marcis denariorum In empcionem annendorpe perſolutis ab amminiſtratrice ſepedicti officii perpetue percipiendum de eadem villa In feſto beati Martini epiſcopi et confeſſoris annis ſingulisque tollendum. Que miniſtrabit ex eo conſolacionem perpetuam noſtro conuentui vnicuique noſtrum In qualibet vigilia apoſtolorum vnum album panem Cum quartali ſeruiſie, vt predicta feſta eo ſollempnius peragentur et vt pro benefactoribus noſtris melius Supplicare valeamus. In teſtimonium huius benefacti, vt diligencius et fidelius dicta conſolacio preſeruetur, Nos Georgius, prepoſitus, et Elizabet de Marnholte, Prioriſſa, Cum conſenſu noſtri conuentus preſentem litteram Muniuimus noſtris cum ſigillis. Anno Domini M° CCC° ſexageſimo Nono, In feſto beati Johannis baptiſte Natiuitatis.

CLXV. Hüner von dem Kneſebeck, Knecht, entſagt dem Kloſter Diesdorf gegenüber ſeinen Anſprüchen auf den Segheubruch und die Hälfte von Warendorf, am 4. Juli 1369.

Ek Hüner von deme kneſbeke, knecht, bekenne openbare in diſſeme breue, dat Here Georgius,Ároueſt tho Diſtorp, vnde Here Ghuntzel, pherner tho witinghe, vnde Hinrik, mines broder ſone, hebben minen willen ghemaket vmme den eghendoem des Seghen-